



Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors

Cabilliau, Baudouin

Lovany, 1642

Imago 16. Nec vento cedo, nec imbri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70001)

Imago 16.

Nec vento cedo, nec imbri.

1. *Ventus utrimque adflat.*
2. *Imber sanguineus inter utrumque defluit. Sub imbri*
3. *Globus crystallinus in quo*
4. *Lucerna ardet, & stat*
5. *Super aram.*
1. *Ioannis gloria, & illustris fama per totam Iudeam diffusa, & inde eius laudes, vel à natiuitate.*
2. *Terror mortis, & ex cade cruor effusus.*
3. *Caput cuius in vultu, oculis, & ore pellucet inclusa cordi*
4. *Caritas alijs lucens, & ardens, ut alios accendat.*
5. *Stabili sanctimonia tenore.*

L Vx ego tuta meru, nec vento, cedo nec imbri,
Stella mico, vitreo clausa lucerna globo.

N O T Æ.

1. *Globus crystallinus. Vetus & verum est verbum: Proverb. c. 17. v. 24. In facie prudentis lucet sapientia. Quis enim illud clari Oratoris 3. de Oratore nescit: Omnis motus animi suum quendam à natura habet vultum & sonum, & gestum animi, imago vultus est. Et ut propius attingam perspicuum crystalli globum. Facies hominis speculum est cordis. Bern. de modo viuendi. Cui addo illud: Pa-*

ca
ti

cati. In speculo frontium imago lucet animorum. Quam facile in viris sanctis deprabendas, quorum vel aspectus censura sit morum. Certè quotquot S. Luciani vultum intuebantur, nescio quo occulto instinctu ad virtutis amorem se rapi sentiebant. Quid ergo sentiendum de S. Ioanne? qui Luciano haud paulò sanctior, & ardentior; nullos non sui contemplatione ad virtutis studium accendebat. Quos putas, oculis radios, quibus animos euibraret, emicuisse? quos ardores eius vultus spirabat, quem vel adhuc in utero delitescentem Christus propioribus, & acrioribus sui amoris radijs contigerat, inflammaratq;? Quem sub hispidoso cilicio, & in seверо vultu ad aquas aspexisse, erat ad poenitentiam inflecti. Vultus enim seверо (ut loquar cum Augustino) custos est disciplinae, atque probitatis. Hic si absit, velut fax leuitatis vento exposita, restinguitur. Ideoque in S. Ioanne sub hilari seверо in vultu seверо mens conquiescit.

2. Lucerna ardet, In sepulcro Olybii & Tulliola Ciceronis filia reperta lucerna, qua 1500. annos & amplius inibi arserant, funebri obsequio pijs manibus sacra. At vero Ioannes, in quo quidam eminebat castimonie insignis nitor, & sanctimonie splendor, non solum à sepulcro posteris seculis praluxit; sed etiam in vita dum ageret, sui temporis mortalibus, tum verbo, tum exemplo adfulsit. Nempe lucerna ardens ad caelestia desideria, & lucens ad praedicationes.

Ioannes